



GCSE – **NEW**

C990U20-1A



LATIN – Component 2
Latin Literature and Sources (Themes)

THURSDAY, 17 MAY 2018 – AFTERNOON

RESOURCE BOOKLET

C990U201A
01

Contents	Pages
Theme A: A Day at the Races	
Pictures and Text	4-13
Vocabulary	14-20
Theme B: Youth and Education	
Pictures and Text	24-31
Vocabulary	32-39

This is the official WJEC Resource Booklet
for use in the GCSE examination in Latin.

BLANK PAGE

Eduqas Latin GCSE

Prescribed material for Component 2: Latin Literature and Sources (Themes)

Theme A: A Day at the Races

This is the official examination text
for the Eduqas Latin GCSE (2018-2020)

Theme A: A Day at the Races

Candidates are expected to be familiar with the following aspects of Roman chariot-racing:

- the layout and features of the Circus Maximus;
- the number of participants, their organisation, technique and equipment;
- the number and length of the races, the start, the rewards for winners.


Candidates should study the following pictures, one or more of which will be used as a basis for questions in each question paper.

Picture 1



Four teams

Picture 2



Model of the Circus Maximus

Picture 3



The *spina*

Picture 4



Preparing to turn at the *meta*

Picture 5



A crash

Picture 6



The winner

**Ovid, *A good day at the Circus*
(*Amores* 3.2)**

non ego nobilium sedeo studiosus equorum;
 cui tamen ipsa faves, vincat ut ille, precor.
 ut loquerer tecum veni, tecumque sederem,
 ne tibi non notus, quem facis, esset amor.
 tu cursus spectas, ego te: spectemus uterque 5
 quod iuvat atque oculos pascat uterque suos.
 o, cuicumque faves, felix agitator equorum!
 ergo illi curae contigit esse tuae?
 hoc mihi contingat, sacro de carcere missis
 insistam forti mente vehendus equis 10
 et modo lora dabo, modo verberare terga notabo,
 nunc stringam metas interiore rota;
 si mihi currenti fueris conspecta, morabor,
 deque meis manibus lora remissa fluent.
 maxima iam vacuo praetor spectacula Circo 15
 quadriiugos aequo carcere misit equos.
 cui studeas, video; vincet, cuicumque favebis:
 quid cupias, ipsi scire videntur equi.
 me miserum, metam spatioso circuit orbe;
 quid facis? admoto proxumus axe subit. 20
 quid facis, infelix? perdis bona vota puellae;
 tende, precor, valida lora sinistra manu.
 favimus ignavo. sed enim revocate, Quirites,
 et date iactatis undique signa togis.
 en, revocant; ac, ne turbet toga mota capillos, 25
 in nostros abdas te licet usque sinus.
 iamque patent iterum reserato carcere postes,
 evolat admissis discolor agmen equis.
 nunc saltem supera spatioque insurge patenti:
 sint mea, sint dominae fac rata vota meae. 30
 sunt dominae rata vota meae, mea vota supersunt;
 ille tenet palmam, palma petenda mea est.

Martial, *Lament for a dead charioteer*
(*Epigrams* 10.50)

frangat Idumaeas tristis Victoria palmas,
 plange, Favor, saeva pectora nuda manu;
 mutet Honor cultus, et iniquis munera flammis
 mitte coronatas, Gloria maesta, comas.
 heu facinus! prima fraudatus, Scorpe, iuventa 5
 occidis et nigros tam cito iungis equos.
 curribus illa tuis semper properata brevisque
 cur fuit et vitae tam prope meta tuae?

Pliny, *Not at the races*
(*Letters* 9.6)

omne hoc tempus inter pugillares ac libellos iucundissima
 quiete transmisi. 'quemadmodum' inquis 'in urbe potuisti?'
 circenses erant, quo genere spectaculi ne levissime quidem
 teneor. nihil novum nihil varium, nihil quod non semel
 spectasse sufficiat. quo magis miror tot milia virorum tam 5
 pueriliter identidem cupere currentes equos, insistentes
 curribus homines videre. si tamen aut velocitate equorum aut
 hominum arte traherentur, esset ratio non nulla; nunc favent
 panno, pannum amant, et si in ipso cursu medioque certamine
 hic color illuc ille huc transferatur, studium favorque transibit, 10
 et repente agitadores illos equos illos, quos procul noscitant,
 quorum clamitant nomina relinquent. tanta gratia tanta
 auctoritas in una vilissima tunica, mitto apud vulgus, quod
 vilius tunica, sed apud quosdam graves homines; quos ego
 cum recordor, in re inani frigida assidua, tam insatiabiliter 15
 desiderare, capio aliquam voluptatem, quod hac voluptate non
 capior. ac per hos dies libentissime otium meum in litteris
 colloco, quos illi otiosissimis occupationibus perdunt.

Juvenal, *The crowd in the Circus*
 (*Satire 11, lines 197-204*)

totam hodie Romam circus capit, et fragor aurem
 percutit, eventum viridis quo colligo panni.
 nam si deficeret, maestam attonitamque videres
 hanc urbem veluti Cannarum in pulvere victis
 consulibus. spectent iuvenes, quos clamor et audax
 sponso, quos cultae decet adsedis puellae:
 nostra bibat vernum contracta cuticula solem
 effugiatque togam.

5

Suetonius, *Caligula's favourite racehorse*
 (*Caligula 55*)

prasinae factioni ita addictus et deditus, ut assidue in stabulo
 cenaret et maneret, agitatori Eutycho comisatione quadam in
 apophoretis vicies sestertium contulit. pridie circenses, ne
 Incitatus equus inquietaretur, silentium vicinia per milites
 indicere solebat. ei praeter equile marmoreum et praesaepe
 eburneum praeterque tegumenta purpurea ac monilia e
 gemmis facta domum et familiam et supellectilem dedit, ut
 hospites nomine eius invitati eleganter acciperentur;
 consulatum etiam traditur ei destinasse.

5

**Suetonius, *Nero's passion for chariot-racing*
(*Nero 22*)**

equorum studio vel praecipue ab ineunte aetate flagavit plurimusque illi sermo, quamquam vetaretur, de circensibus erat; et quondam tractum prasinum agitatore inter condiscipulos querens, obiurgante paedagogo, de Hectore se loqui ementitus est. sed cum inter initia imperii eburneis quadrigis cotidie in abaco luderet, ad omnes etiam minimos circenses e secessu commeabat, primo clam, deinde palam, ut nemini dubium esset eo die utique affuturum. neque dissimulabat velle se palmarum numerum ampliari; quare spectaculum multiplicatis missibus in serum protrahebatur, ne dominis quidem iam factionum dignantibus nisi ad totius diei cursum greges ducere. mox et ipse aurigare atque etiam spectari saepius voluit positoque in hortis inter servitia et sordidam plebem rudimento universorum se oculis in Circo Maximo praebuit, aliquo liberto mittente mappam unde magistratus solent.

5

10

15

Virgil, A boat race
(*Aeneid* 5, lines 139-159)

Four boats compete in the race:

*the **Pristis**, commanded by Mnestheus*

*the **Chimaera**, commanded by Gyas*

*the **Centaur**, commanded by Sergestus*

*the **Scylla**, commanded by Cloanthus.*

The aim is to make one circuit of a rock far out to sea, which acts like the meta in the Circus.

inde ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes (haud mora) prosiluere suis; ferit aethera clamor nauticus, adductis spumant freta versa lacertis. infindunt pariter sulcos, totumque dehiscit convulsum remis rostrisque tridentibus aequor.	5
non tam praecipites biiugo certamine campum corripuere ruuntque effusi carcere currus, nec sic immissis aurigae undantia lora concussere iugis pronique in verbera pendent.	10
tum plausu fremituque virum studiisque faventum consonat omne nemus, vocemque inclusa volutant litora, pulsati colles clamore resultant. effugit ante alios primisque elabitur undis turbam inter fremitumque Gyas; quem deinde Cloanthus consequitur, melior remis, sed pondere pinus	15
tarda tenet. post hos aequo discrimine Pristis Centaurusque locum tendunt superare priorem; et nunc Pristis habet, nunc victam praeterit ingens Centaurus, nunc una ambae iunctisque feruntur frontibus et longa sulcant vada salsa carina.	20

Gyas is first to reach the rock, but his helmsman takes such a wide course round the rock that Gyas becomes angry and throws him overboard – thus allowing the Scylla to take the lead. Far behind them, the Pristis and the Centaur are battling for third place. However, Sergestus steers the Centaur too close to the rock and the boat is so badly damaged that he has to drop out of the race. Mnestheus in the Pristis then seizes his chance to close the gap on the other two boats.

(Lines 223-243)

inde Gyan ipsamque ingenti mole Chimaeram consequitur; cedit, quoniam spoliata magistro est. solus iamque ipso superest in fine Cloanthus, quem petit et summis adnixus viribus urget.	
tum vero ingeminat clamor cunctique sequentem instigant studiis, resonatque fragoribus aether. hi proprium decus et partum indignantur honorem ni teneant, vitamque volunt pro laude pacisci; hos successus alit: possunt, quia posse videntur.	25
et fors aequatis cepissent praemia rostris, ni palmas ponto tendens utrasque Cloanthus fudissetque preces divosque in vota vocasset: 'di, quibus imperium est pelagi, quorum aequora curro, vobis laetus ego hoc candentem in litore taurum constituam ante aras voti reus, extaque salsos proiciam in fluctus et vina liquentia fundam.'	30
dixit, eumque imis sub fluctibus audiit omnis Nereidum Phorcique chorus Panopeaque virgo, et pater ipse manu magna Portunus euntem impulit: illa Noto citius volucrique sagitta ad terram fugit et portu se condidit alto.	35 40

List of abbreviations used

abl.	ablative
acc.	accusative
dat.	dative
f.	feminine
m.	masculine
n.	neuter
pl.	plural

A

ab + abl. - from, by
abacus, abacī, m. - board
abdō, abdere, abdidī, abditus - shelter
ac - and
accipiō, accipere, accēpī, acceptus - welcome
ad + acc. - at, to
addictus, addicta, addictum - obsessed
addūcō, addūcere, addūxī, adductus - draw up, pull towards
admittō,mittere, admīsī, admissus - release
admoveō, admovēre, admōvī, admōtus - move near
adnitor, adnītī, adnīxus sum - strain
adsidēo, adsidēre, adsēdī - sit beside
adsum, adesse, adfuī - be present
aequātus, aequāta, aequātum - side by side
aequor, aequoris, n. - sea, surface of the sea, waves, waters
aequus, aequa, aequum - equal, level
aetās, aetātis, f. - age
aethēr, aetheris, m. - sky
agitātor, agitātōris, m. - charioteer, driver
agmen, agminis, n. - crowd
aliquī, aliqua, aliquod - a certain, some
alius, alia, aliud - other
alō, alere, aluī, altus - encourage
altus, alta, altum - deep, high
ambō, ambae, ambō - both
amō, amāre, amāvī, amātus - love
amor, amoris, m. - love
ampliō, ampliāre, ampliāvī, ampliātus - increase
ante + acc. - before, in front of
apophorēta, apophorētōrum, n.pl. - presents
apud + acc. - among
āra, ārae, f. - altar
ars, artis, f. - skill
assiduē - regularly
assiduus, assidua, assiduum - never-ending
atque - and
attonitus, attonita, attonitum - astonished
auctōritās, auctōritātis, f. - power
audāx, gen. audācis - daring
audiō, audīre, audīvī, audītus - hear
aurīga, aurīgae, m. - charioteer
aurīgō, aurīgāre, aurīgāvī, aurīgātus - be a charioteer
auris, auris, f. - ear
aut - or
aut ... aut - either ... or
axis, axis, m. - chariot

B

bibō, bibere, bibī - absorb
biiugus, biiuga, biiugum - two-horse
bonus, bona, bonum - good
brevis, breve - short

C

campus, campī, m. - field
candēns, gen. candentis - snow-white
Cannae, Cannārum, f.pl. - Cannae, a village in Apulia, where Hannibal defeated the Romans
capillī, capillōrum, m.pl. - hair
capiō, capere, cēpī, captus - hold, take
carcer, carceris, m. - starting-gate
carīna, carīnae, f. - keel
cēdō, cēdere, cessī - give way
cēnō, cēnāre, cēnāvī, cēnātus - have dinner
Centaurus, Centaurī, m. - Centaurus (the name of Sergestus' boat)
certāmen, certāminis, n. - competition, race
Chimaera, Chimaerae, f. - Chimaera (the name of Gyas' boat)
chorus, chorī, m. - choir, chorus
circēnsēs, circēnsium, m.pl. - games in the circus
circueō, circuire, circuiīcircuivī, circuītus - go round
circus, circī, m. - circus, stadium
Circus Maximus, m. - the Circus Maximus (stadium at Rome)
cito - quickly, soon
clam - secretly
clāmitō, clāmitāre, clāmitāvī, clāmitātus - shout out
clāmor, clāmōris, m. - shout, uproar
clārus, clāra, clārum - loud
Cloanthus, Cloanthī, m. - Cloanthus
colligō, colligere, collēgī, collēctus - understand
collis, collis, m. - hill
collocō, collocāre, collocāvī, collocātus - spend
color, colōris, m. - colour
coma, comae, f. - hair
cōmisātiō, cōmisātiōnis, f. - party
commeō, commeāre, commeāvī, commeātus - travel
concutiō, concutere, concussī, concussus - shake violently
condiscipulus, condiscipulī, m. - classmate
condō, condere, condidī, conditus - anchor
cōnferō, cōnferre, contulī, collātus - give
cōnsequor, cōnsequī, cōnsecūtus sum - chase, chase after
cōnsonō, cōnsonāre, cōnsonuī - resound
cōnspiciō, cōnspicere, cōnspexī, cōnspēctus - catch sight of
cōnstituō, cōnstituere, cōnstituī, cōnstitutus - set up, place
cōnsul, cōnsulis, m. - consul
cōnsulātus, cōnsulātūs, m. - consulship
contingō, contingere, contigī, contāctus - happen
contractus, contracta, contractum - wrinkled
convellō, convellere, convellī, convulsus - tear apart
corōnō, corōnāre, corōnāvī, corōnātus - crown
corripiō, corripere, corripuī, correptus - tear across
cōtīdiē - every day
cultus, culta, cultum - stylish
cultus, cultūs, m. - clothes
cum - although, when
cūctus, cūcta, cūctum - all
cupiō, cupere, cupīī/cupīvī, cupītus - want
cūr? - why?

cūra, cūrae, f. - attention
 currō, currere, cucurrī, cursus - run, race
 currus, currūs, m. - chariot
 cursus, cursūs, m. - course, race, track
 cutīcula, cutīculae, f. - skin

D

dē + abl. - about, down from, from
 decet, decēre, decuit - it is right
 decus, decoris, n. - glory
 dēditus, dēdita, dēditum - dedicated
 dēficiō, dēficere, dēfēcī, dēfectus - lose
 dehīscō, dehīscere, dehīvī - split open
 deinde - then
 dēsīdō, dēsīdere, dēsēdī - sit idly
 dēstinō, dēstināre, dēstināvī, dēstinātus - plan
 deus, deī, m. - god
 dīcō, dīcere, dīxī, dictus - say, speak
 diēs, diēī, m. - day
 dignor, dignārī, dignātus sum - consider worthwhile
 discolor, discoloris - with different colours
 discrīmen, discrīminis, n. - distance
 dissimulō, dissimulāre, dissimulāvī, dissimulātus - disguise
 dīvus, dīvī, m. - god
 dō, dare, dedī, datus - give, relax
 domina, dominae, f. - mistress
 dominus, dominī, m. - manager
 domus, domūs, f. - house
 dubium, dubīī, n. - doubt
 dūcō, dūcere, dūxī, ductus - bring

E

ē + abl. - from, out of
 eburneus, eburnea, eburneum - of ivory
 effugiō, effugere, effūgī - escape, speed forward
 effundō, effundere, effūdī, effūsus - let go
 ego, meī - I, me
 ēlābor, ēlābī, ēlāpsus sum - glide ahead
 ēleganter - stylishly
 ēmentior, ēmentīrī, ēmentītus sum - pretend
 ēn - see! look!
 enim - really
 eō, īre, īī - go
 equīle, equīlis, n. - stable
 equus, equī, m. - horse
 ergō - for that reason
 et - also, and, even
 etiam - also, even
 Eutyclus, Eutychnī, m. - Eutyclus
 ēventus, ēventūs, m. - victory
 ēvolō, ēvolāre, ēvolāvī, ēvolātus - rush off
 exta, extōrum, n.pl. - entrails

F

facinus, facinoris, n. - outrage
 faciō, facere, fēcī, factus - cause, do, make
 factiō, factiōnis, f. - team
 familia, familiae, f. - household of slaves
 faveō, favēre, fāvī, fautus + dat. - back, support
 Favor, Favōris, m. - Favour
 favor, favōris, m. - support
 fēlix, gen. fēlicis - lucky
 feriō, ferīre, ferīvī, ferītum - strike
 ferō, ferre, tulī, lātus - carry
 finis, finis, m. - end, starting position
 flagrō, flagrāre, flagrāvī, flagrātus - be excited
 flamma, flammae, f. - flame
 flūctus, flūctūs, m. - wave
 fluō, fluere, flūxī, flūxus - drop
 fors - perhaps
 fortis, forte - brave
 fragor, fragōris, m. - noise, roar
 frangō, frangere, frēgī, frāctus - break
 fraudō, fraudāre, fraudāvī, fraudātus - cheat
 fremitus, fremitūs, m. - noise, roar
 fretum, fretī, n. - sea
 frīgidus, frīgida, frīgidum - boring
 frōns, frontis, f. - prow
 fugiō, fugere, fūgī - speed
 fundō, fundere, fūdī, fūsus - pour out

G

gemma, gemmae, f. - jewel
 genus, generis, n. - kind
 Glōria, Glōriae, f. - Glory
 grātia, grātia, f. - attraction
 gravis, grave - respectable
 grex, gregis, m. - team
 Gyās, Gyae, m. - Gyas

H

habeō, habēre, habuī, habitus - have
 haud - not
 Hector, Hectoris, m. - Hector, husband of Andromache, son
 of Priam and Hecuba
 heu - oh! alas! (exclamation of grief or pain)
 hic, haec, hoc - that, this
 hodiē - today
 homō, hominis, m. - man
 Honor, Honōris, m. - Honour
 honor, honōris, m. - honour
 hortus, hortī, m. - garden
 hospes, hospitis, m. - guest
 hūc - here, to this place

I

iactō, iactāre, iactāvī, iactātus - wave
iam - now
identidem - again and again
Idūmaeus, Idūmaea, Idūmaeum - Idumean, Judean (Judea was a Roman province, and the source of fine palms)
ignāvus, ignāva, ignāvum - slow
ille, illa, illud - he, she, that, that one
illūc - there, to that place
immittō, immittere, immīsī, immissus - let loose
impellō, impellere, impulī, impulsus - push
imperium, imperī, n. - power, reign, rule
īmus, īma, īmum - deep
in + acc. - into, onto
in + abl. - in, on
inānis, ināne - pointless
Incitātus, Incitātī, m. - *Incitus*, meaning 'swift, rapid', the name of a horse
inclūdō, inclūdere, inclūsī, inclūsus - enclose
inde - then
indīcō, indicere, indīxī, indictus - enforce
indignor, indignārī, indignātus sum - feel shame
ineō, inīre, inīī/inīvī, inītus - begin
īnfēlix, gen. infēlicis - foolish
īnfindō, īnfindere, īnfidī, īnfissus - cut
ingeminō, ingemināre, ingemināvī - increase
ingēns, gen. ingentis - huge
inīquus, inīqua, inīquum - unkind
initium, initī, n. - beginning
inter initia - at the beginning
inquiētō, inquiētāre, inquiētāvī, inquiētātus - disturb
inquis - you say
īnsatiābiliter - greedily
īnsistō, īnsistere, īnsitī - stand on, urge on
īnstīgō, īnstīgāre, īnstīgāvī, īnstīgātus - urge on
īnsurgō, īnsurgere, īnsurrēxī, īnsurrēctus - move into
inter + acc. - among, between, during
inter initia - at the beginning
interior, interius - inner
invītō, invītāre, invītāvī, invītātus - invite
ipse, ipsa, ipsum - herself, himself, identical, itself; very
is, ea, id - he, she, it; that
ita - so
iterum - again
iūcundus, iūcunda, iūcundum - pleasant
iugum, iugī, n. - pair of horses
iūnctus, iūncta, iūnctum - side by side
iungō, iungere, iūnxī, iūnctus - harness
iuvenis, iuvenis, m. - young man
iuventa, iuventae, f. - youth
iuvō, iuvāre, iūvī, iūtus - please

L

lacertus, lacertī, m. - arm, muscle
laetus, laeta, laetum - happy
laus, laudis, f. - fame
leviter - slightly
libellus, libellī, m. - book
libenter - gladly
libertus, libertī, m. - freedman
licet, licēre - be allowed
liqueō, liquēre, liquī - clear
litterae, litterārum, f.pl. - writing
lītus, lītoris, n. - sea-shore, shore
locus, locī, m. - position
longus, longa, longum - long
loquor, loquī, locūtus sum - speak, talk
lōra, lōrōrum, n.pl. - reins
lūdō, lūdere, lūsī, lūsus - play

M
maestus, maesta, maestum - sad, unhappy
magis - more, rather
magister, magistrī, m. - helmsman
magistrātus, magistrātūs, m. - magistrate
magnus, magna, magnum - great
maneō, manēre, mānsī - stay
manus, manūs, f. - hand
mappa, mappae, f. - napkin, the cloth dropped as a signal to start a race in the circus
marmoreus, marmorea, marmoreum - of marble
maximus, maxima, maximum - greatest
Circus Maximus, m. - the Circus Maximus (stadium at Rome)
medius, media, medium - middle
melior, melius - better
mēns, mentis, f. - heart
mēta, mētae, f. - turning post
meus, mea, meum - mine, my
mīles, mīlitis, m. - soldier
mīlia, n. - thousands
minimus, minima, minimum - insignificant
mīror, mīrārī, mīrātus sum - be amazed
miser, misera, miserum - miserable
missus, missūs, m. - race
mittō, mittere, mīsī, missus - dismiss, let go, release, throw
modo - just, now
modo ... modo - one moment ... the next moment
mōlēs, mōlis, f. - bulk
monīle, monīlis, n. - collar
mora, morae, f. - delay
moror, morārī, morātus sum - hesitate
moveō, movēre, mōvī, mōtus - move
mox - before long
multiplicō, multiplicāre, multiplicāvī, multiplicātus - multiply
mūnus, mūneris, n. - offering
mūtō, mūtāre, mūtāvī, mūtātus - change

N

nam - for
 nauticus, nautica, nauticum - made by the sailors
 nē - not, so that...not
 nec - and not, nor
 nēmō, nēminis, m. - no one
 nemus, nemoris, n. - wood
 neque - and not, nor
 Nērēis, Nērēidos, f. - sea nymph
 nī - (= nisi) if... not
 niger, nigra, nigrum - black
 nihil, n. - nothing
 nisi - unless
 nōbilis, nōbile - well-bred
 nōmen, nōminis, n. - name
 nōn - not
 nōscitō, nōscitāre, nōscitāvī, nōscitātus - know
 noster, nostra, nostrum - my
 notō, notāre, notāvī, notātus - mark
 Notus, Notī, m. - South wind
 nōtus, nōta, nōtum - known
 novus, nova, novum - new
 nūdus, nūda, nūdum - bare
 nūllus, nūlla, nūllum - no
 numerus, numerī, m. - number
 nunc - as it is, now

O

ō - O!
 obiurgō, obiurgāre, obiurgāvī, obiurgātus - tell off
 occidō, occidere, occidī, occāsus - die
 occupātiō, occupātiōnis, f. - activity
 oculus, oculī, m. - eye
 omnis, omne - all, every, the whole
 orbis, orbis, m. - circle
 ōtiōsus, ōtiōsa, ōtiōsum - lazy
 ōtium, ōtī, n. - free time

P

pacīscor, pacīscī, pactus sum - exchange
 paedagōgus, paedagōgī, m. - paedagogus (slave who accompanied a child to school)
 palam - openly
 palma, palmae, f. - hand, palm, palm (of victory), prize
 pannus, pannī, m. - coloured tunic worn by charioteers
 Panopēa, Panopēae, f. - Panopea (one of the sea nymphs)
 pariō, parere, peperī, partus - gain
 pariter - together
 pāscō, pāscere, pāvī, pāstus - feast
 pateō, patēre, patuī - be open
 pater, patris, m. - father
 pectus, pectoris, n. - chest
 pelagus, pelagī, n. - sea

pendeō, pendēre, pependī - lean over
 per + acc. - through, during
 percutiō, percutere, percussī, percussus - strike
 perdō, perdere, perdidī, perditus - destroy, waste
 petō, petere, petīvī, petītus - make for, win
 Phorcus, Phorcī, m. - Phorcus (a sea god)
 pīnus, pīnī, f. - pine tree i.e. boat (made from pine wood)
 plangō, plangere, plānxī, plānctus - strike
 plausus, plausūs, m. - applause
 plēbs, plēbis, f. - common people
 plūrimus, plūrima, plūrimum - most
 pondus, ponderis, n. - weight
 pōnō, pōnere, posuī, positus - arrange
 pontus, pontī, m. - sea
 Portūnus, Portūnī, m. - Portunus (god of harbours)
 portus, portūs, m. - harbour
 possum, posse, potuī - be able, can
 post + acc. - after, behind
 postis, postis, m. - gate
 praebeō, praebēre, praebuī, praebitus - present
 praeceps, praecipitis - fast
 praecipuē - especially
 praemium, praemī, n. - prize, reward
 praesaepe, praesaepe, n. - manger
 praeter + acc. - in addition to
 praetereō, praeterīre, praeterīī - overtake
 praetor, praetōris, m. - a Roman magistrate, praetor
 prasinus, prasina, prasinum - green
 precor, precārī, precātus sum - beg, pray
 prex, precis, f. - prayer
 prīdiē - on the day before
 prīmō - at first
 prīmus, prīma, prīmum - earliest, first
 prior, prius - better
 Pristis, Pristis, f. - Pristis (the name of Mnestheus' boat)
 prō + abl. - in return for
 procul - from afar
 prōiciō, prōicere, prōiēcī, prōiectus - cast (as an offering)
 prōnus, prōna, prōnum - bending forward
 prope + acc. - near
 properō, properāre, properāvī, properātus - be quick
 proprius, propria, proprium - one's own
 prōsiliō, prōsilīre, prōsiluī - speed forward
 prōtrahō, prōtrahere, prōtrāxī, prōtractus - extend
 proximus, proxima, proximum - next
 puella, puellae, f. - girl
 puerīliter - childishly
 pugillārēs, pugillārium, m.pl. - writing tablets
 pulsō, pulsāre, pulsāvī, pulsātus - strike
 pulvis, pulveris, m. - dust
 purpureus, purpurea, purpureum - purple

Q

quadrigae, quadrigarum, f.pl. - chariot with four horses
 quadriugus, quadriuga, quadriugum - in a team of four
 quamquam - although
 quare - and therefore
 -que - and
 quemadmodum? - how?
 queror, queri, questus sum - complain
 qui, quae, quod - which, who
 quia - because
 quicumque, quaecumque, quodcumque - whoever
 quidam, quaedam, quoddam - certain
 quidem - even, indeed
 quiēs, quiētis, f. - tranquillity
 Quiritēs, Quiritum, m.pl. - citizens of Rome
 quis? quid? - who? what?
 quod - because, that
 quondam - once
 quoniam - since

R

ratiō, ratiōnis, f. - reason
 ratus, rata, ratum - confirmed
 recordor, recordari, recordatus sum - think
 relinquō, relinquere, reliqui, relictus - abandon
 remittō, remittere, remisī, remissus - loosen
 rēmus, rēmī, m. - crew, oar
 repente - suddenly
 rēs, rei, f. - business, thing
 reserō, reserāre, reserāvī, reserātus - unlock
 resonō, resonāre, resonāvī - resound
 resultō, resultāre, resultāvī, resultātus - echo
 reus, rei, m. - debtor
 revocō, revocāre, revocāvī, revocātus - call back
 Rōma, Rōmae, f. - Rome
 rōstrum, rōstrī, n. - prow (of a ship)
 rota, rotae, f. - wheel
 rudimentum, rudimentī, n. - trial run
 ruō, ruere, ruī - rush

S

sacer, sacra, sacrum - sacred
 saepe - frequently
 saevus, saeva, saevum - cruel
 sagitta, sagittae, f. - arrow
 salsus, salsa, salsum - salty
 saltem - at least
 scio, scire, sciiscivi, scitus - know
 Scorpūs, Scorpī, m. - Flavius Scorpūs, a famous charioteer
 sē - herself, himself, themselves
 sēcessus, sēcessūs, m. - country retreat
 sed - but
 sedeō, sedere, sēdī, sessus - sit

semel - once
 semper - always
 sequor, sequi, secutus sum - follow, pursue
 sermō, sermōnis, m. - conversation
 sērum, sērī, n. - late time
 servitium, servitiī, n. - group of slaves
 sēstertium, sēstertiī, n. - a hundred thousand sesterces
 sī - if
 sīc - in this way
 signum, signī, n. - signal
 silentium, silentiī, n. - silence
 sinister, sinistra, sinistrum - left
 sinus, sinūs, m. - arms
 sōl, sōlis, m. - sun
 soleō, solere, solitus sum - be accustomed, usually be
 sōlus, sōla, solum - alone, on one's own, only
 sonitus, sonitūs, m. - signal
 sordidus, sordida, sordidum - dirty
 spatiōsus, spatiōsa, spatiōsum - wide
 spatium, spatiī, n. - space
 spectāculum, spectāculī, n. - show, spectacle
 spectō, spectāre, spectāvī, spectātus - look (at), watch
 spoliō, spoliāre, spoliāvī, spoliātus - deprive
 spōnsiō, spōnsiōnis, f. - bet
 spūmō, spūmare, spūmāvī - foam
 stabulum, stabulī, n. - stable
 stringō, stringere, strinxī, strictus - scrape
 studeō, studere, studui - support
 studiōsus, studiōsa, studiōsum - be a fan of
 studium, studiī, n. - cheer of support, enthusiasm, passion,
 shout of support
 sub + abl. - beneath, under
 subeō, subire, subiī/subivī, subitus - approach
 successus, successūs, m. - success
 sufficiō, sufficere, suffēcī - be enough
 sulcō, sulcāre, sulcāvī - plough through
 sulcus, sulcī, m. - (watery) furrow
 sum, esse, fui - be
 summus, summa, summum - greatest
 supellex, supellectilis, f. - furniture
 superō, superāre, superāvī, superātus - gain, win
 supersum, superesse, superfuī - be left, be still alive
 suus, sua, suum - their, their own

T

tam - *so*
tamen - *however*
tantus, tanta, tantum - *such a great*
tardus, tarda, tardum - *slow*
taurus, taurī, m. - *bull*
tegumentum, tegumentī, n. - *cloak*
tempus, temporis, n. - *time*
tendō, tendere, tetendī, tentus - *pull, stretch out, strain*
teneō, tenēre, tenuī, tentus - *captivate, hold back, hold, keep*
tergum, tergī, n. - *back*
terra, terrae, f. - *ground, land*
toga, togae, f. - *toga*
tot - *so many*
tōtus, tōta, tōtum - *entire, whole*
trādō, trādere, trādīdī, trādītus - *tell*
trahō, trahere, trāxī, tractus - *attract, drag*
trānseō, trānsire, trānsīī, trānsītus - *change sides*
trānsferō, trānsferre, trānstulī, trānslātus - *exchange, swap*
trānsmittō, trānsmittēre, trānsmīsī, trānsmīssus - *send*
tridēns, tridentis - *three-pronged*
trīstis, trīste - *sad*
tū, tuī - *you (singular)*
tēcum - *with you (singular)*
tuba, tubae, f. - *trumpet*
tum - *then*
tunica, tunicae, f. - *tunic*
turba, turbae, f. - *confusion*
turbō, turbāre, turbāvī, turbātus - *mess up*
tuus, tua, tuum - *your (singular), yours*

U

ubi - *when*
ūnā - *together*
unda, undae, f. - *water*
unde - *from where*
undique - *on all sides*
undō, undāre, undāvī, undātus - *ripple*
ūniversus, ūniversa, ūniversum - *all*
ūnus, ūna, ūnum - *one*
urbs, urbis, f. - *city*
urgeō, urgēre, ursī - *pursue*
usque - *right up against*
ut - *so that, that*
uterque, utraque, utrumque - *both, each, each (of two)*
utīque - *definitely*

V

vacuus, vacua, vacuum - *empty*
vadum, vadī, n. - *water*
validus, valida, validum - *strong*
varius, varia, varium - *different*
vehor, vehī, vectus sum - *be carried*
vel - *indeed*
vēlōcitās, vēlōcitātis, f. - *speed*
velutī - *like*
veniō, venīre, vēnī, ventus - *come*
verber, verberis, n. - *whip*
vernus, verna, vernum - *of the spring*
vērō - *indeed*
vertō, vertere, vertī, versus - *churn up*
vetō, vetāre, vetuī, vetītus - *forbid*
vīciēs - *twenty times*
vīcīnia, vīcīniae, f. - *neighbourhood*
Victōria, Victōriae, f. - *Victory*
videō, vidēre, vidī, vīsus - *see*
videor, vidērī, vīsus sum - *seem, think*
vīlis, vīle - *cheap*
vincō, vincere, vīcī, victus - *be victorious, defeat, win*
vīnum, vīnī, n. - *wine*
vir, virī, m. - *man*
vīrēs, vīrium, f.pl. - *strength*
virgō, virginis, f. - *virgin*
viridis, viride - *green*
vīta, vītae, f. - *life*
vocō, vocāre, vocāvī, vocātus - *call*
volō, velle, voluī - *want*
volucer, volucris, volucre - *flying*
voluptās, voluptātis, f. - *pleasure*
volūtō, volūtāre, volūtāvī, volūtātus - *send out*
vōs - *you (plural)*
vōtum, vōtī, n. - *plea, vow, wish*
vōx, vōcis, f. - *shout*
vulgus, vulgī, n. - *common people*

BLANK PAGE

BLANK PAGE

Eduqas Latin GCSE

Prescribed material for Component 2:
Latin Literature and Sources (Themes)

Theme B: Youth and Education

This is the official examination text
for the Eduqas Latin GCSE (2018-2020)

Theme B : Youth and Education

Candidates are expected to be familiar with the following information about the topic:

- the various types of Roman school;
- subjects and methods of study;
- the relevance of their education to pupils' later careers.


Candidates should study the following pictures, one or more of which will be used as a basis for questions in each question paper.

Picture 1



Stages in growing-up, illustrated on a sarcophagus

Picture 2




School scene

Picture 3




A boy orator

Picture 4



Writing exercise on a wax tablet

Picture 5



Letter on papyrus

Seneca, *The debt we owe to our parents*
(De Beneficiis 5.5)

a parentibus fere vincimur. nam tam diu illos habemus, quam diu iudicamus graves et quam diu beneficia illorum non intellegimus. cum iam aetas aliquid prudentiae collegit et apparere coepit eos amari a nobis debere propter illa ipsa quae non amabantur – admonitiones, severitatem et inconsultae adulescentiae diligentem custodiam – nobis rapiuntur. paucos ad verum fructum a liberis percipiendum perduxit aetas; ceteri filios oneri senserunt. 5

Pliny, *The traditional Roman education*
(Letters 8.14)

erat autem antiquitus institutum, ut a maioribus natu non auribus modo verum etiam oculis disceremus quae ipsi faceremus ac per vices quasdam minoribus traderemus. inde adulescentuli statim castrensibus stipendiis imbuebantur ut imperare parendo, ducere dum sequuntur adsuescerent; ei qui honores petituri erant adsistebant curiae foribus, et consilii publici spectatores ante quam consortes erant. suus cuique parens pro magistro, aut cui parens non erat maximus quisque et vetustissimus pro parente. quae potestas referentibus, quod censentibus ius, quae vis magistratibus, quae ceteris libertas, omnem denique senatorium morem – quod fidissimum percipiendi genus – exemplis docebantur. 5 10

Martial, *I'm not a child any more!*
(*Epigrams* 11.39)

cunarum fueras motor, Charideme, mearum et pueri custos assiduusque comes. iam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba et queritur labris puncta puella meis;	
sed tibi non crevi: te noster vilicus horret, te dispensator, te domus ipsa pavet.	5
ludere nec nobis nec tu permittis amare; nil mihi vis et vis cuncta licere tibi. corripis, observas, quereris, suspiria ducis, et vix a ferulis temperat ira tua.	10
si Tyrios sumpsisti cultus unxisti capillos, exclamas 'numquam fecerat ista pater'; et numeras nostros astricta fronte trientes, tamquam de cella sit cadus ille tua.	
desine; non possum libertum ferre Catonem. esse virum iam me dicet amica tibi.	15

Cicero, *Boys will be boys*
(*Pro Caelio* 43)

multi et nostra et patrum maiorumque memoria, summi homines et clarissimi cives fuerunt, quorum cum adolescentiae cupiditates defervissent, eximiae virtutes firmata iam aetate exstiterunt. ex quibus neminem mihi libet nominare; vosmet vobiscum recordamini. nolo enim cuiusquam fortis atque illustris viri ne	5
